MASTER NEGATIVE
NO. 93-81549-12

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

LOTTICH, OTTO ROBERT

TITLE:

DE SERMONE VULGARI ATTICORUM MAXIME...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1881

Master Negative #

93-81549-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ar5
EL

Lottich, Otto Robert, 1852-
De sermone vulgari Atticorum maxime ex Aristophanis fabulis cognoscendo. Dissertatio inauguralis philologica quam ... edidit auctor Otto Lottich ... Halis Saxonum, Karras, 1881.
29 p. 22½ cm.

Thesis. Halle.

184753

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 10x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/7/93 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

88 Ar 5 EL

Columbia College
in the City of New York

Library.

7393

DE SERMONE VULGARI ATTICORUM MAXIME EX ARISTOPHANIS FABULIS COGNOSCENDO.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

EDIDIT

AUCTOR

OTTO LOTTICH,

POSNANIENSIS.

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT E. KARRAS.

MDCCCLXXXI.

COLUMBIA COLLEGE LIBRARY N.Y.

9 June '97 C.H.
K.M. Ge 12, '20
JUN 5 1897 6-08 1/2

§ 1.

Ab oratione, quae variis literarum monumentis memoriae tradita est, non minus apud Graecos et Romanos quam apud nostrates multum differre sermonem in vita quotidiana usitatum satis constat. Atqui multa quae sermonis vulgaris propria sunt inveniuntur apud poëtas comicos et Graecos et Latinos neque id mirum videtur, quoniam in vitae communis rebus atque rationibus describendis vel perstringendis versantur. Quod ad Romanos attinet sunt quidem*) qui illius populi sermonem vulgarem tractaverint, de Graecorum autem sermone, quali in vitae consuetudine usi sint, quantum scio, nemo unquam adhuc disseruit. Itaque mihi proposui in hoc opusculo de Atticorum sermone vulgari in urbe**) usitato disserere. Minime vero

*) 1. O. Rebling, a) Versuch einer Charakteristik der röm. Umgangssprache auf syntaktischem und lexicalischem Gebiete. Kiel 1872. 4. — b) Beitrag zum Vulgärlatein. Jahrb. 1880 p. 367 ff.

2. Tiede, vergleichende Bemerkungen über lat. u. deutsche Umgangssprache. Sprottau 1872. 4.

3. A. v. Guericke, de linguae vulgaris reliquiis apud Petronium et in inscriptionibus parietariis Pompejanis. Gumbinnen 1875. 8.

4. Prof. Boehmer, die lateinische Vulgärsprache in 2 Programmen. Oels 1866 u. 1869.

5. Woelflin, Bemerkungen über das Vulgärlatein. Philol. 34 (1876) S. 137 ff.

**) In universum discerni posse sermonem familiarem in urbe usitatum et rusticum testatur Sextus Empiricus adv. gram. I, 10 p. 264:

157383

hanc quaestionem ad finem quendam a me perductam esse dixerim, sed aliquot quae ad hanc rem pertinent ex Aristophanis fabulis et aliorum comicorum fragmentis sunt collata et ad singulas rationes relata.

§ 2.

Nominibus deminutivis, quorum vim Aristoteles (Rhetor. III, 2, 15) hoc modo definit: *ἔστι δὲ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν* in sermone familiari saepe aliam ac deminuendi significationem subesse satis constat. Neque minus certum est, creberrimi in comicorum fabulis usus nominum deminutivorum vix aliam rationem inveniri posse, quam quod comoedia attica sermonem vulgarem imitata sit. Nam ut in vitae consuetudine atque in usu quotidiano saepissime nomina deminutiva, etiamsi iis deminuendi vis non insit, adhibentur, ita a poëta comico, quippe cui quaecunque ad vitae communis quotidianaeque res pertinent, sive rei publicae instituta, sive res, quae artibus literisque continentur, sive civium prava studia ac mores exagitat et perstringit, attingendae sint deminutiva primitivis quae vocantur vocabulis saepe praeferuntur. Quaeramus igitur quae tandem vis illis in vulgi sermone usitatis deminutivis tribuenda sit.*) Qua de re Aristophanes ipse apertissime et rectissime dicit (Plut. 1011)

οὐχ ἡ αὐτὴ μὲν (sc. *συνήθεια*) *τῶν κατὰ τὴν ἀγροικίαν, ἡ αὐτὴ δὲ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων, παρ' ὃ καὶ κωμικὸς λέγει.*

διάλεκτον ἔχοντα μέσην πόλεως
οὔτ' ἀστείαν ὑποθηλυτέραν
οὔτ' ἀνελεύθερον ὑπαγροικοτέραν

(Aristoph. frg. 669.)

*) In L. Schwabii de demin. Graec. et Lat. dissertatione tria deminutionis genera distinguntur: 1. demin. propria (*μείωσις*), 2. dem. blanda (*ὑποκορισμός*), 3. dem. contemptim usurpata (*καταφρόνησις*).

εἰ λυπουμένην αἴσθοιτό με
νηττάριον ἂν καὶ φάβιον ὑπεκορίζετο.

Similiter in scholiis ad Ach. 403 adnotatum est *Εὐριπίδιον: ἐρωτικὰς μιμεῖται φωνάς· οἱ γὰρ ἐρῶντες εἰώθασι τοὺς ἐρωμένους ἐρωτικῶς δι' ὑποκοριστικῶν καλεῖν.* His igitur ex locis haud dubie blandiendi notionem in nominibus deminutivis inesse elucet. Cujus generis exempla permulta afferri possunt ex Aristophanis fabulis: eq. 726 *ὦ δημίδιον*, eq. 823. 1199 *ὦ δημακίδιον* (quod deminutivum a „*δήμαξ*", quod non invenitur, deductum esse probabile est.), ach. 872 *ὦ Βοιωτίδιον*, ach. 401 *Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον*, nub. 221. 237. 746 *ὦ Σώκτατες, ὦ Σωκρατίδιον*, nub. 80 *ὦ Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον.**)

De usu deminutivorum apud comicos haec adnotant Athenaeus IX p. 392 c. *ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πολεσιν αὐτοὺς* (*τοὺς ὄρτυγας*) *κέκληκεν ὀρτύγια — Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀγροίκῳ ὀρτύγιον εἴρηκεν οὕτως* et Pollux X, 116 *ὅταν δ' εἴπῃ Ἀριστοφάνης δυοῖν λυχνιδίοιν δῆλον ὅτι λύχνα εἴρηκεν' ἀλλ' οὐ λύχνους μικρούς.* — X, 15 *καὶ μιξάμενοι δ' ἂν εἴποιμεν σκεύη, βαλλάντια καὶ βαλλαντίδια καὶ θυλάκιον δὲ καὶ θυλακίσκιον· Ἀριστοφάνης γοῦν τοῦτο ὑποδηλοῖ ὅταν φῇ*

Ἔπειτ' ἐπὶ τοὔψιον ἧκε τὴν σπυρίδα λαβὼν
καὶ θυλακίδιον καὶ τὸ μέγα βαλλάντιον.

Quibus locis comprobatur, poëtas comicos in nominibus deminutivis utendis non tam ad notionem deminuendi spectasse quam secutos esse sermonem vulgarem, quem formam deminutivam valde amare et saepe usurpare scimus. Quod etiam probabilius esse videbitur, cum vocabula ipsa quorum formae

---

*) De formis deminutivorum, imprimis eorum, quae de nominibus propriis derivata sunt cf. Uckermann „de Aristophanis comici vocabulorum formatione et compositione" (Marpurgi 1879).

deminutivae maxime inveniuntur percensuerimus. Saepissime enim homines cognatione vel familiaritate inter se conjuncti vocantur nominibus deminutivis ut *παππίας* (deminutivum a *πάππος* deductum) Ar. vesp. 297 ran. 328 pax 128 *ὦ παππία* Ephipp. fr. 32 *παππία;* lys. 879 et 890 *μαμμία* (a *μάμμα*) ran. 69 *ἀδελφίδιον* eccl. 1146 *παιδίσκος* Eupolis 101 u. 102 *μειράκιον* e. m. a. Commemoratu hoc loco etiam dignum est, non modo apud Graecos sed etiam apud Germanos et Romanos hoc loquendi genus vigere. Neque raro in hoc genere apud multos populos a deminutivo deminutivum alterum rursus deducitur. Ad hanc rem illustrandam conferamus haec:

πάππος	dem. I	*παππίας*	dem. II	*παππίδιον*
μάμμα	„	*μαμμία*	„	*μαμμίδιον*
[*κοτύλη*	„	*κοτύλισκος*	„	*κοτυλίσκιον*]*)
puera	„	puella	„	puellula.

Eadem fere significatio, ut ad tertium genus procedamus, tribuenda est iis nominibus deminutivis, quae de pecudibus domesticis persaepe adhibita esse cernimus. Quo in genere usu venisse traduntur haec: Arist. ach. 542 *κυνίδιον* pax 481. 641 Eupolis 215 — *κυνίσκη* ran. 1360 — *χοιρίδιον* ach. 806. 819. 830. 834 vesp. 573 pax 374 — *βοΐδιον* ach. 1036 *μελίττιον* vesp. 367 — *βοϊδάριον* av. 585 Arist. frg. 89 — *ὀνίδιον* vesp. 1306 — *ὀνάριον* Philemon frg. 85 — *αἰγίδιον* Antiphanes frg. 20 — *ἱππίσκος* Cratin. jun. frg. 5 — *δελφάκιον* Thesm. 237 — *προβάτιον* plut. 293. 299. Similiter etiam de aliorum animalium nominibus deducta deminutiva interpretanda sunt: Ar. ach. 519 *λαγώδιον* eq. 1077 u. 1079 *ἀλωπέκιον* — plut. 1011 *νηττάριον* — vesp. 1342 *χρυσομηλολόνθιον* Ar. frg. 381, 8 *ἰχθύδια* frg. 250 *σηπίδιον* et *μαινίδιον* Ephipp. frg. 15, 6 *ἐγχελύδιον* et Ephipp. 15, 8 *περδικίδιον*

*) V. Uckermann, de Ar. com. voc. form. et comp. (Marpurgi 1879).

Pherecrates frg. 124 *τευθίδιον*. Neque raro blande appellantur corporis membra nominibus deminutivis: Ar. eq. 909 *ὀφθαλμίδιον* — lys. 417 *δακτυλίδιον* — ran. 412 *τίτθιον* ach. 1199 plut. 1067 — eq. 1368 *πυγίδιον* — ach. 744 *ῥυγχίον* — nub. 392 *γαστρίδιον* Aristoph. frg. 260 *προςωπίδιον* frg. 488, 2 *ἡπάτιον* — Cratin. frg. 295 *χρωτίδιον*. — Atque etiam supellex, cibi, instrumenta multaque alia ejus generis nominibus deminutivis significabantur: Eccl. 753 *σκευάριον* — Crates frg. 14, 6 (Ath. VI, 267) *θυλακίσκος* — eccl. 745 *χυτρίδιον* — pax 596 *ἀμπέλια καὶ συκίδια* — nub. 389 *ζωμίδιον* — Pherecr. ap. Ath. VI, 269, a *καταχυσμάτιον* — plut. 227 *τουτοδὶ τὸ κρεάδιον* — Pherecr. 22 *ὀψάριον* — *ῥαφανίδιον* Plato com. frg. 165 (ap. Athen. II, 56 f.) — nub. 881 *σίδιον* — pax 563 *ταρίχιον* — eccl. 307 *ἀσκίδιον* — Ar. frg. 714 (ap. Polluc. 7, 210) *βιβλιδάριον* — frg. 505 *βαθράδιον* — eccl. 318 *ἡμιδιπλοίδιον* — Ar. frg. 160 (ap. Polluc. 7, 176) *κανίσκιον* — Ar. plut. 985 *ἱματίδιον* et lys. 470 *ἐν τοῖσιν ἱματιδίοις* — ach. 1176 *λαμπάδιον* — Ar. frg. 234 *κλινάριον* — Ar. frg. 393 (ap. Pollucem 10, 47) *θρανίδιον* — pax 563 *γήδιον* — vesp. 128 *ῥάκιον* — ach. 453 et 469 *σπυρίδιον* — vesp. 116 et 33 *τριβώνιον* — av. 946 et 955 *χιτωνίσκος* — pax 1002 *χλανισκίδιον*.

Sed quamvis deminutiva quae modo enumeravimus omnia de nominibus rerum visu tactuque manifestarum sint deducta, tamen etiam nomina quaedam forma deminutiva adhibita apud Atticos in usu erant, quibus notiones mente percipiendae et eae quidem pracipue quae usitatissimae fuerunt, significantur. Ejus generis exempla leguntur haec: Ar. av. 1111 *ἀρχίδιον* — eq. 1000 *γνωμίδιον* — vesp. 511 *δικίδιον* — vesp. 64 *λογίδιον* — eq. 216 et nub. 943 et pax 534 *ῥημάτιον* — eccl. 883 *μελύδριον* — nub. 197 *πραγμάτιον*. — Neque tamen blanditiarum vim solam in deminutivis inesse, sed etiam nonnunquam

aliquid contempti et abjecti significari ex eo intelligitur, quod significationes blandiendi et contemnendi proficiscuntur a notionibus similibus parvitatis et vilitatis. Eo pertinent haec: Ar. eccl. 949 *ἐξηπάτησα τὸ κατάρατον γρᾴδιον* eccl. 1000 *παραφρονεῖς, ὦ γρᾴδιον* eccl. 1003 *σκαιότατον γερόντιον* — nub. 790 *ὅτι παιδάριον εἶ καί φρονεῖς ἀρχάϊκα* — eq. 731 *διά σέ τύπτομαι ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων* — nub. 997 *μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῆς* pax 532 *ἐπύλλια Εὐρίπίδου* — ach. 398 *ξυλλέγων ἐπύλλια* pax 751 *οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας* — vesp. 687 *μειράκιόν σοι καταπῦγον* — plut. 847 *τὰ δ' ἐμβάδια.* — Huc accedunt pauca deminutiva, quae ab adjectivis et verbis derivantur: *καθαρύλλος* (dem. adj. *καθαρός*) ap. Plat. com. frg. 81, 2 (Athen. III, 110 d.) et adv. *καθαρύλλως* Cratin. ap. Ath. IX, 396 b — *κοικύλλειν* Thesm. 852 *τί κοικύλλεις ἔχων* [apud Ael. V. H. 13, 15 *κοικυλίων* der Maulaffe vox contumeliosa eadem ratione formata qua *μαλακίων* ap. Ar. eccl. 1058] — pax 465 *ὀγκύλλομαι* (*ὀγκόομαι*).

§ 3.

De verbis desiderativis et frequentativis.

Usus verborum desiderativorum et frequentativorum in Aristophanis et aliorum poëtarum comicorum fabulis non minus creber est quam nominum deminutivorum. Etiam hujus rei causa potissimum in eo posita est, quod comoedia attica ad communis sermonis consuetudinem accommodata haud pauca verba ex eo petivit. Quamquam nonnulla horum verborum ab ipso poëta, ut propriae verborum notioni novam quandam significationem adderet, liberius formata esse negari non potest, tamen maxima pars eorum restat, quorum origo e vulgi sermone haud dubie deducenda est: Ar. lys. 715 *βινητιᾶν* —

av. 1465 *βεμβικιᾶν* — nub. 1384 *κακκᾶν* — plut. 1024 *καπρᾶν* — plut. 1099 *κλαυσιᾶν* — nub. 1383 *μαμμᾶν* — eccl. 919 *κνησιᾶν* — vesp. 807 *οὐρητιᾶν* — *εὐρωτιᾶν* (*ἔρως, ωτος* der Moder) a poëta nostro (nub. 45) metaphorice adhibitum: *βίος ἐρωτιῶν* idem valet quod vita spurca et immunda — Eq. 1341 *κερουτιᾶν* quod verbum de bobus cornua tollentibus vulgo dicebatur cum notione quadam superbiae poëta noster posuit cfr. Schol. (eq. 1341): *κεφαλὴν ἀνέτεινας.* Vesp. 1173 *σαυλοπρωκτιᾶν* quod scholiasta interpretatur: *σαλεύειν τὸν πρωκτὸν* [simili modo *σαλακωνεύεσθαι*] — ran. 494 *ληματιᾶν* — *μαδᾶν* (plut. 266) manat ex adjectivo *μαδός* (schol. *πρεσβύτην μαδῶντα, πρεσβ. κώμην μὴ ἔχοντα*) — eq. 827 *μυστιλᾶσθαι* (vel *μιστυλᾶσθαι* deductum de v. *μιστυλη* cavatum panis frustum) significat, ut verbis scholiastae utar, *τοῖς κοιλοῖς ἄρτοις ζωμοὺς καὶ ἀθάρας ἀρύεσθαι;* nostro loco comice dicitur (*ἀμφοῖν χεροῖν μυστιλᾶται τῶν δημοσίων* utraque manu quasi cochlearibus cumulatis ex aerario exhaurire. — vesp. 278 *βουβωνιᾶν* — av. 142 *ὀρχιπεδᾶν* — *κιναβρᾶν* (a. v. *κινάβρα* Eupolis ap. Poll. 2, 77) odorem hircinum prae se ferre (plut. 294) eq. 664 et nub. 1475 *φληναφᾶν* = garrire, quod verbum Doederleinius putat e *τὸ φλῆνος* (das Geschwätz et verbo *ἅπτεσθαι* esse compositum. Addi praeterea possunt aliquot verba frequentativa, quae ad sermonem vulgarem referenda sunt: nub. 509: *τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;* — pac. 73 v. *κυπτάζειν* de furibus dictum: *ὡς εἰώθασι μάλιστα περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπτάζειν καὶ κακοποιεῖν.* — Atque etiam aliquid obscoeni in hoc verbo inest: lys. 17 *περὶ τὸν ἀνδρ' ἐκύπτασεν.* Ach. 807: *βαβαί, οἷον ῥοθιάζουσ'* de porcellis avide devorantibus adhibitum cfr. Schol. *μετὰ ῥόθου καὶ ψόφου ἐσθίουσιν.* — Ach. 24 et 844 *ὠστίζειν.* — Vesp. 695: *χασκάζειν* (hiare): *σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλαγρέτην* (Schol. interpretatur: *ἐπιτηρεῖς*).

Restat, ut nonnulla verba in *ίζω* et *άζω* exeuntia et de populorum aut animalium quorundam nominibus deducta, quibus imitatio illorum vel desiderium quoddam significatur, commemorentur Thesm. 922: *οὐκ ἐτὸς πάλαι ᾐγυπτιάζετ'* (Aegyptiorum dolo uti).

Vesp. 1346 *λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας* (Lesbiorum more stupra facere) — pax 34 *συβαρίζειν* (Sybaritarum more luxuriose vivere) — Vesp. 1241 *ἀλωπεκίζειν* (astutiam vulpis imitari) — vesp. 721 *στομφάζειν* (nescio an nomina, quae in *ᾶξ* cadunt ut *στόμφαξ* [pro *στόμφος*], *πλούταξ*, *πήλαξ* etc. ex vulgari sermone recepta sint. Etiam *δήμαξ* pro *δῆμος* apud Atticos in usu fuisse ex eo conjici licet, quod apud Aristophanem eq. 823 et 1195 *δημακίδιον* legitur) — Vesp. 609 *παππίζειν* quo verbo blanditiae filiae significantur: *παππίζουσ' ἅμα τῇ γλώττῃ τό τριώβολον ἐκκαλαμᾶται.* — Eq. 494 *σκοροδίζειν* q. v. av. 166 translate adhibetur: *ἐσκοροδισμένος.*

Notionem factitivam plerumque habent nonnulla verba, quae in *οω* exeunt: Ach. 751 *δελφακοῦσθαι νέα γάρ ἐστιν ἀλλὰ δελφακουμένα.* — Av. 1159 *βαλανοῦν* et eccl. 360 *βεβαλάνωκε τὴν θύραν* (foribus obdidit pessulum) ran. 1075 *μινθοῦν* (stercore humano aliquem polluere) nub. 1083 *ῥαφανιδοῦν* alicui raphanum per obscoena immittere, qua poena adulteri afficiebantur cfr. Schol. — Ach. 523 *φυσιγγόομαι* (a. v. *φύσιγξ* allii caulis) habet significationem allio incitandi; *οἱ Μεγαρῆς πεφυσιγγωμένοι* Megarenses tamquam cum gallis, qui alacriores ad pugnandum allio efficiebantur, a poëta conferuntur et ad iram proni significantur.

Ad sermonem vulgarem pertinere mihi videntur eae quoque voces, quae in *ίνδα* cadentes ludos significant; has breviter persequar: eq. 855 *ὀστρακίνδα* (Scherbenspiel) — Cratin. fr. 297 *ἐφετίνδα* (Ballspiel) Theogn. p. 15 11 *κρυπτίνδα* (Verstecken spielen) — apud Pollucem IX, 110 et 122 *μυίνδα* (Blinzen spielen) — ap. Pollucem IX, 113 *χυτρίνδα* (Topfspiel).

§ 4.

De interjectionibus*) et verbis quae ab his deducta sunt.

Hand dubie etiam in usu interjectionum multae inveniuntur, quae maxime vulgi propriae sunt. Ut enim homines rudes et ineruditi multo ab eruditis et urbanis eo differunt, quod quibuscunque rebus: gaudio aut dolore, timore aut admiratione moventur, effrenatum animi affectum prae se ferunt: ita propriis et peculiaribus exclamationibus laetitiae aut doloris utuntur, quarum paucas enumerare sufficiat. Thes. 45 *βόμβαξ* exprimit mirationem quandam atque indignationem; idem fere significant: *βαβαί* (pax 248) et *βαβαίαξ* (ach. 64 lys. 312); deinde *αἰβοῖ* (vesp. 37, nub. 102, nub. 829, pax 545, av. 610, 1055, 1342) et *βοῖ* quae interjectio interdum etiam alicujus irridendi causa ponitur ut pac. 1065: *Τρυγ. αἰβοῖ βοῖ — Ἱερ. τί γελᾷς* — vesp. 1338 *ἰαιβοῖ* quae est exclamatio mirationis — lys. 304 *φῦ* et thesmoph. 245 *φεῦ* quibus exclamationibus taedium quoddam atque indignatio exprimitur — *ἰαῦ* (ran. 271) et *ἰαυοῖ* (ran. 1029 *τὼ χεῖρ' ὧδὶ συγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ*) ii exclamant, qui laetos tollunt clamores; sed paventium clamor inest in: *ἰαππαπαιάξ* (thesm. 945 *ἰαππαπαιάξ ὦ κροκωθ' οἷ' εἴργασαι*) — *ῥυππαπαὶ* (ran. 1073, vesp. 909) et *ὠὸπ* (ran. 180, 208) sunt exclamationes vel acclamationes nautarum, quibus alius alium in remigando adhortatur. — Interjectionum etiam paucae sunt, quae naturam et varietatem sonorum omnino imitantur: Av. 261 *κικκαβαῦ κικκαβαῦ* ululae sonum videtur significare — Nub. 1382 *εἰ μέν γε βρῦν εἴποις* imitatur clamorem infantium lactentium. — Eq. 17 *θρέττε* dubito an sit

*) Schinck, de interjectionibus apud. Aristoph. Halle a/S. 1873.

imitatio tubarum soni. — eq. 10 *μὺ μῦ**) quo sono dolor exprimitur. — av. 1258 *οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐ ταχέως; εὐρὰξ πατὰξ* (= husch, husch) qui locus testatur, hanc interjectionem ad aliquem abigendum adhiberi. — Atque etiam sunt verba quaedam, quae tamquam onomatopoëticum, si ita dicere licet, in modum formata ex interjectionibus deducta sunt**): De vocula *βρῦν* originem ducit verbum *βρύλλειν* (eq. 1126 *αὐτός τε γὰρ ἥδομαι βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν* — aves 1681 *βαβάζειν* (Etym. M. *βαβάζης ὁ μὴ πολλὰ λαλῶν*) — *γρυλλίζειν* (plut. 307 ach. 746) grunnire — eccl. 433 *ἀναβορβορύζειν* — de ululae clamore: *κικκαβαῦ* est deductum verbum *κικκαβίζειν* lys. 761 *γλαυκῶν ταῖς ἀγρυπνίαισι κικκαβιζουσῶν ἀεί*. — Ach. 746 *κοϊζειν* (ut porcelli grunnire) — Thesm. 231 *μύζειν* — eccl. 31 *κοκκύζειν* — aves 307 *πιππίζειν* pipire, pipen — vesp. 626 *κ' ἂν ἀστράψω, ποππύζειν* labris crepare (schol. *ἔθος γὰρ ταῖς ἀστραπαῖς ποππύζειν*) — Cratin. frg. 55: *πυππάζειν* (*πύππαξ καλεῖν*). — Saepissime verba *γρύζειν* et *ἀναγρύζειν* translate pro *ἀντιλέγειν* dicta esse ex his exemplis colligi potest: plut. 454, eq. 294, vesp. 373: *ἐὰν γρύξῃ τι* (wenn er nur einen Ruck dagegen thut) lys. 656, nub. 963, vesp. 741, pax. 97, plut. 598: *ἀλλὰ φθείρου καὶ μὴ γρύξῃ* nub. 945: *ἢν ἀναγρύζῃς;* eadem ratione nos ipsi quoque loquimur: „wenn er auf-muckt". — Sed de hac re satis multa.

---

*) Wilh. Wackernagel „voces variae animantium" (Basel 1869) p. 92 ff.

**) Wilh. Wackernagel v. v. an. p. 32: „Zwar sind das (nämlich die Nachahmungen, welche die Stimmen der Thiere getreu wie ein Echo wiedergeben) wenn man so sagen darf, insgesammt nur Interjectionen, keine Verba, keine Wurzeln, denen eine Fähigkeit zu noch weiterer Entwickelung in sonstiger Art der Wurzeln innewohnte, und doch können aus ihnen Verba hervorwachsen, können sie sich zu substantiven umgestalten u. s. w."

§ 5.

De verbis compositis.

Proprium est sermonis vulgaris syllabis praepositivis quae vocantur, velut *λα, λαι, λι* [quae fortasse non inepte ad vocem *λίαν* aut verbum *λάω* (ich will) referri possunt] etiam tum uti, cum e dictione urbana jam diu evanuerunt. Adduntur autem eae syllabae ad augendam et amplificandam notionem ejus vocabuli, cui praepositae sunt, ut Ach. 663 *λα-καταπυγών* syllaba *λα* notio nominis simplicis *καταπυγών* amplificatur. — nub. 1200 *λαίμαργος* cf. schol. — *λα-κατάρατος* Photius 402, 5 — *λάμαχος* (sehr streitbar) ex Hesychii testimonio. Idem *λαΐς-παις* apud Leucades idem valuisse quod *βούπαις* (ein sehr grosser Junge) testatur — *Λι-πόνηρος* Hesychio teste pro *λίαν πόνηρος* dici solebat. Similiter Epicharmus, si Straboni (VIII p. 364) credere volumus *λι* pro *λίαν* usus esse dicitur.

Neque minus observandum est, quem ad modum poëta conjunctis duobus nominibus alterius notionem ampliorem reddiderit, quae quidem conjunctio etiam in nostro sermone nihil insoliti vel inauditi habet. Quamquam autem summa licentia et libidine in compositione verborum, Aristophanem usum esse facile apparet, tamen nescio an in hac tanta vocabulorum compositorum copia multa inveniantur, quae etiam sermonis vulgaris Atticorum propria fuerunt. Ante omnia mihi in mentem venit eorum verborum et nominum quae cum *βου* et *ἱππο* composita sunt quae, cum ingentem rei magnitudinem significent, a studio quodam vulgi omnium, quae ad sensus aptissime accommodata sunt, videntur profecta esse. Ut exemplo utar, in verbo composito *βού-παις* habet particula *βου* vim intendendi; vesp. 1206 *ὧν βούπαις ἔτι* (pro *μέγας παῖς*) legitur eademque vox apud Eupolidem Polluce auctore (II, 9). Numerus nominum cum stirpe *βου* compositorum apud poëtas comicos haud ita parvus

est. *Βου-λιμῶν* Ar. plut. 875 *Βουλιμία* apud Timoclem frg. 13, 3; — *βούβρωστις* Eupolis fr. 396 et Odysse 24, 532 — *βου-κορύζαν* (Menander frgm. 940) Suidas interpretatur *τὴν μεγάλην κορύζαν*. — *βου-γλωττος γέρων* (senex clarissima voce) Xenarch frg. 8, 4. — Praeterea verbum *βουρέω* in insula Cypro significationem „valde currendi" habuisse fertur (cf. Theodor Rind: N. Jahrb. für Philol. und Paedag. 1867 p. 114. Neque aliter apud Romanos bumammus, a, um. (grossbeerig) velut „uva bumamma (Varro R. R. 2, 5, 4) significat uvam magnis acinis refertam. — Servius (ad Virgilii Georg. II, 102) adnotat, uvam maximam ab agricola Romano „bumastam" (*βού-μασθος*) esse nominatam (cfr. Macrob. Sat. 2, 16). Simili modo Plinius (n. h. XX, 21 § 86) bulapathon nominat lapathigenus magnitudine radicis excellens. Sed de hac re satis multa.

Cum stirpe *ἱππο* composita sunt haec verba: Arist. Ran. 929: *ἱππό-κρημνος* (id est „sehr steil") et apud Pherecratem frg. 125, 4 *ἱππο-σέλινος* cui nostratium vocabula „pferdenuss, pferdebohne aptissime respondent. Apud Lucianum (hist. conscr. 45 D. L. 3, 39) scriptum legimus *ἱππο-τυφία* (unbändiger Stolz).

Ex vulgari sermone etiam videntur repetenda esse quaedam verba cum *κατὰ* praepositione composita ad augendam vim verborum simplicium. Qui usus invenitur etiam in lingua latina, ubi praepositio „de" idem valet quod *κατὰ* (Horatius Ep. II, 3, 94 et Ep. I, 3, 14 delitigare et desaevire) — Arist. Arch. *κατατρώγω* — equ. 690 et aves 1137 *καταπίνω, κατακράζειν*. — ran. 551 *καταπέρδω* plut. 618 — eccl. 832 *κατουρέω* ach. 711. — equ. 286 *καταβοᾶν* — av. 503 *καταβροχθίζειν*, idem verbum eq. 357 — nub. 173 *καταχέζω* — nub. 857 *καταφροντίζειν* (apud nos: etwas verstudiren) — plut. 973 *κατακνίζομαι* (Passivum, quod idem valet quod *ὑπ' ἔρωτος πάσχειν* (cfr. schol.) latine: „deamare", apud Plautum et Terentium — Vesp. 965 *κατακνάω* — av. 224 *καταμελιτόω* — equ. 352 *καταγλωττίζειν* — vesp. 1036 *καταδωροδοκεῖν* — nub. 838 *καταλούω* — Ar. frg. 143 *καταλαλεῖν* (todt schwatzen) — frg. 162 *κατακοτταβίζειν*. Addenda sunt deinde ea verba atque adjectiva, quae cum praepositione *ὑπὸ* conjunguntur, in quibus praepositio *ὑπὸ* eandem significationem habet quam apud Romanos „sub" („ein wenig, allmälig") Inveniuntur autem ejus modi haec fere: lys. 395 *ὑπο-πίνω* (aves 494) — equ. 216 *ὑπογλυκαίνειν* — ach. 638, vesp. 610 *ὑποθωπεύειν* — Alexis frgm. 259 *ὑποβρέχειν*. — Adjectivorum cum praepositione „*ὑπὸ*" compositorum exempla quamquam permulta apud recentiores scriptores exstant, Aristophanes tamen praebet perpauca: *ὑπόκωφος* equ. 43 (etwas, ein bischen stumpf) Aristoph. fr. 669 *ὑπάγροικος*.

§ 6.

De vocabulis peregrinis.

Magni momenti ad hanc quaestionem est ille locus, quem legimus in Xenophontis qui fertur libello de re publica Atheniensium II § 8: „*ἔπειτα φωνὴν πᾶσαμ ἀκούοντες ἐξελέξαντο τοῦτο μέν ἐκ τῆς, τοῦτο δέ ἐκ τῆς· καί οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον φωνῇ χρῶνται, Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων*". Sed quum absurdum esset, si quis haec ad urbanum Atheniensium sermonem referret, dubium non potest esse, quin illius libelli scriptor vulgarem sermonem respexerit. Quae vocabula ejus modi exstant, omnia fere ad res e terris externis importatas, quarum nomina, quatenus ipsae ex vita quotidiana receptae sunt, veniebant in usum et fiebant, quamvis non raro decurtata et detruncata, sermonis vulgaris propria. Itaque quaecunque apud Aristophanem inveniuntur vocabula externa colligamus: Eq. 343 *καρύκη* (voca-

bulum Lydium, Zenob. V, 3 *ἔστι δὲ ἡ καρύκη βρῶμα Λύδιον ἐκ πολλῶν ἡδυσμάτων συνεστὸς καὶ αἵματος* — ran. 567 *ψίαθος* (lys. 921 et 925 ach. 875) quae vox ex Aegyptiorum lingua videtur translata esse. — ach. 1112 *μιμάρκυς* — nub. 397: *βεκκεσέληνε* scholia explicant: *ἀντὶ τοῦ ἀρχαῖε;* constat autem priorem hujus verbi partem non esse graecae linguae, praesertim quum scholiastes quoque addat: *Φρύγας δέ φασιν ἄρτον βέκκος καλεῖν,* quod idem vocabulum in Hipponactis fr. 82 invenitur (*Κυπρίων βέκος*) — eccl. 878, 929, 1072 plut. 1064: *ψιμύθιον.* Arist. frgm. 198, Eupolis fr. 196 Eubul. frgm. 102 *ψάγδας* (*ανος*) quae vox ex Aegyptiorum sermone translata significat unguentum — Ar. fr. 253 *κύλλαστις* (*Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλαστιν καλοῦσιν*). — Cratin fr. 22 *καλάσιρις* (Aegyptiorum vestis longa) Philemon frg. 82: *σαννάκρα* [*ἔκπωμα, ἔστι δὲ Περσικὸν* cfr. Athenaeum XI, 497 f.]. Antiphanes apud Pollucem VII, 59 *σαράβαρα* vestis longae vox externa — Amphis frg. 14, 2, Axionicus frg. 4, 3: *γίγρας* vox punica, qua significatur tibia — Apud Pollucem X, 147 *κανδύταλις: τὸ σκεῦος περσικόν* — Antiph. frg. 122, 6 *ἡμεῖς δ' ἔχοντες ἀῤῥαβῶνα τὴν τέχνην* et Menander frg. 667, 2 *νόμιζέσ' ἀῤῥαβῶν' ἔχειν* Menander frg. 743: *μικροῦ μὲν ἀῤῥαβῶνα με ἔπεισεν* Etym. M. p. 148, 52: *ἀῤῥαβῶν ἡ παρὰ τῶν ὠνουμένων διδομένη προκαταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας* (apud nos: Draufgeld) quod vocabulum ex Phoenicum lingua desumptum etiam in latinam linguam esse receptum, quamvis corruptum, Plautus (Truc. 3, 2, 20) nos docet (arrha, arra, rabo); qua re mercatorum commercio hoc vocabulum propagatum esse mihi verisimile videtur esse. — At non barbaras modo voces Atticorum sermo recepit [*κεκραμένη ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων*] sed etiam ex variis graecae linguae dialectis nonnulla mutuatus est. Doricae enim dialecti sunt imprimis adjectivum: *τυννὸς* pro *μικρὸς,* quod

vocabulum in compositione *τυνν-ουτοσί* maxime in usu videtur fuisse [thesm. 745: *ἀπέδυσας ὦναίσχυντέ μου τὸ παιδίον, τυννοῦτον ὄν.* ach. 367 eq. 1220 nub. 878, 393 ran. 139] et substantivum: *μύσταξ* pro *μάσταξ* (Eubulus frg. 110 Strattis frg. 64) Similiter vox *ἀρύβαλος* (equ. 1094 Theopomp. fr. 89 apud gramm. Bekkeri p. 144, 23) ex eadem dialecto videtur petita esse. Ex Jonum dialecto verbum *πουλύ-πους* pro *πολύπους* translatum esse compluribus exemplis comprobari potest: Plato frg. 91 et frg. 168, 17 *πουλύποδας* — Ameipsias frg. 6.

§ 7.

De exsecrandi atque asseverandi formulis quibusdam.

Apud omnes fere populos in conviciis et asseverationibus certa consuetudo exsistere et inveterascere solet, qua vulgi immanitas et invidia non raro aperta et manifesta fit. Ut autem ad singula percensenda veniamus ab exemplis afferendis initium faciamus: av. 1257 Aristophanes Iridem loquentem facit: *διαρραγείης, ὦ μελ', αὐτοῖς ῥήμασιν.* Idem imprecatur civis civi in eccl. 803. — Si alter alteri perniciem atque exitium imprecatur, his verbis utitur: av. 990 *οὐκ εἶ θύραζ' ἐς κόρακας;* pax 500 *ἐς κόρακας ἐλθεῖν* — aves 28 *ἐς κόρακας βαδιεῖ* — nub. 789 plut. 394 equ. 892 *οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ;* nub. 123 *ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας* vesp. 51 *ἐς κόρακας οἰχήσεται — βαλλ' εἰς κόρακας* nub. 133, plut. 782, vesp. 825. Joci causa Zenobii (III, 87) ridiculam hujus exsecrationis interpretationem addam: *ἐς κόρακας: ἐν Θετταλίᾳ τόπος ἐστὶ Κόρακες, ὅπου τοὺς κακούργους ἐνέβαλλον, ὅθεν ἡ παροιμία.* Neque raro hoc „*ἐς κόρακας*“ per se positum est, ut ach. 866 *παῦ' ἐς κόρακας;* av. 899, ran. 187, 189. Antiphanes frgm. 195: *ἐς κόρακας, ἥξω φέρωνγε δεῦρο τὸν Παρνηθ' ὅλον* — vesp. 852: *ἐς κόρακας, ὡς ἄχθομαι, ὅτι ἐπελαθόμην*

— vesp. 982: *ἐς κόρακας· ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν.* Saepe in exsecrationibus verba *κλάειν, οἰμώζειν* et similia usurpata sunt: thesm. 212: *τοῦτον μὲν μακρὰ κλάειν κέλευε,* item eq. 433, ach. 1131 — aves 692: *Προδίκῳ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπὸν* plut. 62 — plut. 612, vesp. 584: *σε δ' ἐᾶν μακρὰ τὴν κεφαλὴν κλάειν* vel ran. 34: *ἦ τ' ἄν σε κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά.* Similiter a Philemone (frg. 7, 4) *οἰμώζειν λέγειν* dictum est. — Quem Athenienses exsecrabantur eum *τὸν κάκιστ' ἀπολούμενον* appellabant: eccl. 1076: *διασπάσασθέ με, ὦ κακῶς ἀπολούμενε* ach. 865, 924, 951 eccl. 1052, 1079 pax. 2 plut. 456, 713 av. 1470. — Porro plebs, si cui minabatur, haec fere dicit: vesp. 1366: *οὗτοι καταπροίξοι μά τὸν Ἀπόλλω τοῦτο δρᾶν* et thesm. 566: *οὗτοι μὰ τὼ θεώ συ καταπροίξει λέγουσα ταυτί.* Idem fere legitur: eq. 435, nub. 1239, vesp. 1396. — Praeterea aliae ejus modi formulae in vitae quotidianae usu inveniuntur: eq. 369: *ἡ βύρσα σοι θρανεύσεται* et eq. 372: *περικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω* et lys. 444: *αἰτήσεις κυάθους τάχα.* Jam persequamur, quibus verbis in vitae consuetudine aliquid confirmari et asseverari soleat. Huc primum referendum est quod Aristophanes eq. 791 scripsit: *ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι,* quae verba nos quidem ad verbum vertere possumus: „ich will meinen Kopf darum geben". — Asseveratio jocosi generis inest in verbis (ach. 772): *αἰ λῇς, περίδου μοι περὶ θυμιτιδᾶν ἁλῶν* — ach. 1115: *βούλει περιδόσθαι.* — Asseveratio quoque inest in verbis (ach. 151): *κακιστ' ἀπολοίμην* quibus Dicaeopolis quidquam eorum, quae Theorus postulaverat, se concessurum esse negat cf. ran. 579, 588, ach. 476 et 324: *ἐξολοίμην, ἢν ἀκούσω* — eccl. 977: *ἀποθάνοι μ' ἄρα.* — Vesp. 299 chorus se id, quod filius optaverat, daturum esse his verbis negat: *οὐκ ἂν μὰ Δί' (διδοίην), εἰ κρέμαισθέ γ' ὑμεῖς.*

§ 8.

De cognominibus infamibus.

A lascivia et petulantia vulgi minime alienum est, interdum descendere in lusus et jocosa dicta jactare. Qua in re quamvis nonnunquam breviter et commode dictum admirationem quandam habeat tamen plerumque nullae aliae voces nisi asperae et turpes locum habent. Quanta sit similitudo etiam in hac re inter germanicum et graecum sermonem ex multis exemplis apparebit. Ut enim upud nos aliquis homo malignus nomine contumelioso „Bestie" compellatur, ita Attici quoque eum, cui maledicere voluerunt, nomen *„θηρίον"* indiderunt. Qua voce contumeliosa utitur Philocleon (vesp. 448: *οὐκ ἀφήσεις οὐδὲ νυνί μ' ὦ κάκιστον θηρίον*). — Similiter Chremylus in Blephyrum hominem timidum (plut. 439) invehitur: *οὗτος τὶ δρᾷς; ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, οὐ παραμενεῖς;* Iisdem verbis Peithetaerus Euelpidem, qui ignave se gerit, increpat: *ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, δείσας ἀφῆκας τὸν κολοιόν;* — Neque vero quae huc pertinent omnia afferri opus est. — Stultitiae significationem sicut apud nos habet ovis. Aristoph. nub. 1203: *τί κάθησθ' ἀβέλτεροι, πρόβατ' ἄλλως* [Petronius c. 57 scribit: quid rides, vervex?]. Boeotii propter agrestem et impurum vivendi morem *„ὑοβοιωτοὶ"* nominabantur cfr. Cratin. apud Mein. I, 225. — Stupidi et tardi homines etiam *ὄνοι* appellabantur, ut ap. Timoclem fr. 17, 7 *ὁ δ' ὄνος ἡμᾶς ὡς ὁρᾷ.* — Ab Aristophane homo, cujus stupiditas irridetur, *κρον-ίππος* aut *ψῆττα* vocatus est (nub. 1070 et lys. 131). — Interdum etiam *πίθηκος* vox contumeliosa adhibita est: ach. 907, eccl. 1072, av. 440, ran. 707, 1085; ach. 120: *τοιόνδε δ' ὦ πίθηκε.* — Qui timidus erat, nominabatur *λαγώς* Posidippus frg. 24, 9: *ἂν τύχῃ δ' ἐστὶν λαγώς.* — Imprimis autem ei, qui loquendi facultate praeditus erat, multa cognomina tributa sunt, velut apud Aristophanem

av. 302 et 1297) homini loquaci nomen *κίττα* (Holzschreier) datur; aliae ejus modi voces contumeliosae sunt: *τρίμμα* (av. 430 et nub. 260); *κρόταλον* nub. 260, 448; *παιπάλη* (*λέγειν*) nub. 260. — Ad immundos homines insectandos et carpendos saepissime adhibebantur hae voces: nub. 1084, 1090, 1091, vesp. 1070, thesm. 200: *εὐρύπρωκτος* — nub. 1330: *λακκόπρωτος* — *καταπύγων* ach. 79, nub. 529, 909, equ. 639, thesm. 200, lys. 776, vesp. 84, ach. 664: *λα-κατα-πύγων;* lys. 137: *παγκαταπύγων.*

§ 9.

De metaphorarum in sermone vulgari usu.

Vix ulla ex alia re, quae sermonis vulgaris maxime propria est, tam clare quam ex crebro metaphorarum quarundam usu elucet, quantopere hominis rudis et indocti cogitationes rebus quae oculis subjectae sunt contineantur. Itaque quum a vulgi cogitatione omnia quae oculis cerni aut manibus capi non possunt, aliena ac propemodum odiosa sint, omnes notiones neque visu neque tactu manifestas ad res sensibus subjectas referre studet. Hoc quidem non solum Graecorum est proprium, sed etiam Germanorum et Romanorum. Itaque cum Graecorum tum Germanorum sermo vulgaris refertus est translationum, quae a natura et a vitae quotidianae rebus petitae sunt. Exempli causa pro verbo *ἀναλίσκειν* multitudo usa est variis verbis, quae magis ad sensus accommodata sunt; saepissime enim *καταπίνειν* translate positum est pro *ἀναλίσκειν;* ran. 1464: *δικαστής τ' ἀγαθά καταπίνει* vesp. 1147: *αὕτη γέ* (sc. vestis) *τοι ἐρίων τάλαντον καταπέπωκε ῥᾳδίως.* — Neque aliam significationem in verbo *ἐκροφεῖν* Aristophanes testatur: vesp. 1118: *ἐκροφεῖν μισθὸν.* — Huc accedit verbum „*σπαθᾶν*" (nos similiter: verzetteln) quod saepe a Graecis pro *ἀναλίσκειν*

usurpatum esse his exemplis confirmatur: Ar. nub. 53: *οὐδὲ σπαθᾷ,* quod scholiastes interpretatuur: *τὸ ἀφειδῶς ἀναλίσκειν καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν εἴρηται πολλάκις οἰκείως ἐπὶ τῶν ὑφαινομένων ἱματίων λέγομεν.* — Diphilus fr. 43, 26: *μειράκιον τὰ πατρῷα βρύκει καὶ σπαθᾷ.* — Non raro Lucianus hoc verbo translate usus est: Prometh. 19, Gall. 29: *τἀμὰ οὗτοι σπαθῶσιν.* — Similem in modum *κατεσθίειν* in usu est: Antiphanes frg. 26, 11: *κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν;* frg. 303, 1: *οὐδεὶς τὰ πατρῷα πω κατεδήδοκεν.* — Menander frg. 338: *τὴν πατρῴαν οὐσίαν καταφαγών.* Transeamus nunc ad ea verba enumeranda, quae vulgus pro *ἐπαινεῖν* et *ἐπιτιμᾶν* adhiberi solebat. Ex quo genere verborum commemorandum est *καταχρυσοῦν* pro *ἐπαινεῖν* eccl. 826: *κ' εὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.* — Idem fere valet *χρυσῷ* vel *ῥόδοις πάττειν.* Ar. nub. 912 et 1330: *πάττε πολλοῖς ῥόδοις,* prioro loco: *χρυσῷ πάττων μ' οὐ γιγνώσκεις.* — Varium in modum imprimis vituperandi notio a plebe exprimebatur: in Arist. ach. v. 381 legitur: *διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μοι κ' ἄπλυνεν* et Plut. 1061: *πλύνον με ποιῶν* item apud Dioclem (frgm. 2) — *πλυνεῖτε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς* (Photius 124, 17) — Menander frg. 591: *ἐὰν κακῶς λέγῃς τὸν πατέρα, καί σε τούς τε σοὺς ἐγὼ πλυνῶ;* quae translatio cum nostro: „Jemandem den Kopf waschen", apte comparari potest. — Ar. (eccl. 829) ponit *καταπιττοῦν* pro *ἐπιτιμᾶν,* cui apud nos respondet: „Jemanden anschwärzen" — Ne id quidem omittendum est quod Aristophanes (thesm. 389) scribit: *ἐπισμῇ ἡμᾶς τῶν κακῶν,* quod germanice vertendum est: „Jemandem etwas anhängen". Ad haec quae modo enumeravi accedunt ea quae apud Graecos pro *καταφρονεῖν* esse adhibita videmus. Nam et verbum *καταπτύειν τινος,* quod apud Aristophanem (ran. 1179) legitur et *καταπέρδειν τινος* (Vesp. 618: *βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον*

κατέπαρδεν. — plut. 618: *καὶ τῆς πενίας καταπαρδεῖν*) aspernandi significationem praebent. — In Romanorum sermone ad *καταπέρδειν* aptatum est verbum „oppedere cfr. (Horatium Sat. I, 9, 70). — pax. 815: *καταχρέμπτεσθαί τινος* pro *καταφρονεῖν* positum est: *ὧν καταχρεμψαμένη μέγα καὶ πλατὺ Μοῦσα θεά* (germanice: Jemanden anspucken). — Pro verbis *καταγελᾶν* et *σκώπτειν* adhibetur Vesp. 1007: *ἐγχάσκειν τινι: κ' οὐκ ἐγχανεῖται σ' ἀπατῶν Ὑπέρβολος* et 1349: *κἀγχανεῖ τούτῳ μέγα.* — Ach. 1197: *κἆτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν,* quod verbum *ἐγχάσκειν τινι* idem fere significat quod oscitare ad aliquem vel linguam exserere. — Verbum *φοβεῖσθαι* saepe amplificatione quadam ita enuntiatum est, ut ea notio tamquam sub oculos subjiciatur. Omnium primum ejus locutionis mentio fiat, quae apud nostrates quoque in usu est; Aristoph. ran. 485: *δείσασα γάρ εἰς τὴν κάτω μου κοιλίαν καθείρπυσεν* (sc. *ἡ καρδία*). Idem fere significat verbum *ἐγχέζειν* (ran. 479 et vesp. 627). Etiam multis aliis verbis in sermone vulgi exprimebatur notio timoris; eq. 224: *αὐτοὺς ὁ λεὼς βδύλλει* et lys. 354: *τί βδύλλεθ' ἡμᾶς;* (*βδύλλειν* freq. de *βδέω* deductum) ach. 586 et 599, av. 1501, nub. 1132, Eupolis frg. 444, 1. — Pro verbis *χρήμασι διαφθείρειν* a vulgo metaphorice dictum est: *τὸ στόμα χρυσίῳ βυνεῖν* (pax 145 et plut. 379). — Verbi *ἐξαπατᾶν* notio indicatur (thesm. 1133) verbo *πιθηκίζειν* ut nostrum: „äffen" (nub. 639, eq. 807) — *παρακόπτεσθαι* pro *ἐξαπατᾶσθαι* ut nos quoque loquimur: „Jemanden übers Ohr hauen". — Verbum *ἐπιτυγχάνειν* pluribus vocibus et per ambitum verborum enuntiatur: vesp. 175 et thesm. 928: *αὕτη μέν ἡ μήρινθος οὐδέν ἔσπασεν* proverbii loco: „der Faden zog nicht" cui translationi subest imago ab hamo piscario deducta. Verbum *οὐ σπᾶν* translate positum respondet nostro: „das zieht nicht" — *οὔκ ἔσπασε* legimus apud Aristophanem vesp. v. 175 ad quem versum scholiasta adnotat: „*οὐκ ἐπέ-*

τυχε· ἐλέγετο δὲ ἐπὶ τῶν πείρᾳ καθιέντων ἄγκριστον μετὰ σχοίνου καὶ μὴ ἐπιτυγχανόντων ἰχθύος τινός.

Jocose, sed aspere aut iracunde in vitae consuetudine adhibebantur haec verba: eccl. 433: *ἀναβορβορύζειν* quod nostro: dagegen knurren in universum respondet — ran. 1160: *καταστωμύλλεσθαι, ὦ κατεστωμυλμένε ἄνθρωπε* (germanice: o du grossmäuliger Mensch). — Simili modo adhibetur *ὑλακτεῖν* (Soph. El. 291, Isocr. 1, 29) — *κισσᾶν* translate est dictum pro „*ἐπιθυμεῖν* pax 497: *κισσάω τῆς εἰρήνης* quod verbum scholia ita interpretantur: *ἐπιθυμῶ, ἀπὸ τῶν ἀρτίως τικτουσῶν γυναικῶν καὶ ἐπιθυμουσῶν.* — Ar. thesm. 429: *ὄλεθρον κυρκανᾶν* ad quod verbum accommodatissimum nostrum: Jemandem etwas einbrocken. — Thesmoph. 75: *ἔστι κακόν μοι μέγα τι προπεφυραμένον* — metaphorice positum est v. *προφυρᾶν* pro *ποιεῖν.*

Saepe pro *ἐπέχειν* ponuntur verba quae imaginem oris in risu continendo compressi in se ferunt ut ran. 43: *μὴ γελᾶν, καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτόν,* ubi nos ad verbum „sich das Lachen verbeissen" dicimus (latine: risum compescere cfr. Horatius Sat. II, 8, 63). — Ar. frgm. 646: *τὸν γέλωτα κατέδομαι* — ran. 45: *οὐχ οἷός τ' εἰμ' ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων.* Reliqua quae ad hoc loquendi genus pertinent, obiter attingo. Nub. 515: *φύσιν νεωτέροις πράγμασι χρωτίζεσθαι* — eccl. 295: *παραχορδίζειν* pro *ἁμαρτάνειν* ut nostrum: „sich vergreifen". — nub. 701: *πυκνοῦν ἑαυτὸν* ut apud nos: „sich zusammen nehmen". — lys. 839: *ὀπτᾶν τινα σὸν ἔργον εἴη τοῦτον ὀπτᾶν καὶ στρέφειν* cui in vernacula lingua simile est: Jemanden schwitzen lassen. — Aristoph. fr. 279: *πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται* pro *ἐνοχλοῦσιν,* eadem translatio apud nos invenitur: „sich breit machen". — Ar. aves. 498: *ὁ δ' ἀπέβλισε θοἰμάτιόν μου* = (*ἔκλεψε*) quo loco verbum *ἀποβλίττειν* idem valet quod mel de favis excipere — eccl. 750: *οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα*

ἐκβαλῶ. Jam de adiectivis vel adverbiis, in quibus similis translatio conspicitur pauca addam. Itaque *καθαρός* ita ponitur ut ad significationem adj. *πᾶς* prope accedat. av. 1549: *Τίμων καθαρός* Antiphanes I, 6 (Meinecke): *δοῦλος καθαρός* quem adjectivi usum ne a Romanorum quidem sermone quotidiano alienum fuisse Plauti loco (Pseudul. 4, 7, 103) confirmatur: purus putus hic sycophantast. — Plurimas translationes pro adverbio „*δριμὺ*" quod cum verbo *βλέπειν* saepissime conjungitur, in usu fuisse e multis Aristophanis locis intellegitur eq. 631: *ἔβλεψε νᾶπυ* (scholiasta ad hunc locum: *ἀνέβλεψε δριμύ*) — vesp. 455: *κάρδαμα βλέπειν* (*ἀντὶ τοῦ δριμύ* schol.). pax 1184: *ὀπὸν βλέπειν* (schol. *ἀντὶ τοῦ πικρίαν καὶ δριμύτητα ὁρᾶν.* — eccl. 292: *ὑποτρίμμα βλέπειν.* — ach. 257: *θυμβροφάγον βλέπειν.* — aves. 1169: *πυῤῥίχην βλέπειν* ad quod scholiasta recte adnotat: *ἐνόπλιον καὶ πολεμικόν τι.*

§ 10.

Quo modo quasdam magnitudinis et numeri notiones sermo vulgaris exprimere sit solitus.

Ante omnia quod jam supra commemoravimus nunc iterum nobis in memoriam revocandum est: vulgus omnes appellationes, quibus re vera non respondent singulae res visu tactuque manifestae, ad sensus ita magis accommodare studet, ut eas pluribus verbis exponat. Hoc loco igitur primum ea ponam quae ad exprimendam notionem *οὐδὲν* adhibita sunt, deinde de pronomine indefinito *τὶ* similiter dicam. Apud Aristophanem legitur plut. 17: *κἀμὲ προςβιάζεται καὶ ταῦτ' ἀποκρινόμενος τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ.* Quem ad locum scholiastes recte adnotat: *οὐδὲ γρῦ: οὐδὲ ὀλίγον· ἔστι δὲ ὄνυχος ῥύπος* — Praeterea apud Menandrum (frg. 507) invenitur: *ὑπὲρ μὲν οἴνου μηδὲ γρῦ λέγε* (pro *μηδὲν λέγε*) — Simile quid habent

Antiph. frg. 189, 13: *ὄψου δὲ μηδὲν μήποτ' εἰς πλεῖν μηδὲ γρῦ* et Menander frg. 353: *διαφέρει χαιρεψῶντος οὐδὲ γρῦ* (pro *οὐδέν*) — Ejusdem fere modi est quod Dicaeopolis (ach. 1035) agricolae pacem roganti respondet: *οὐδ' ἂν στριβιλικίγξ* ubi scholia interpretantur: *λίκιγξ δὲ ἡ ἐλαχίστη βοὴ τοῦ ὀρνέου. λέγει δὲ ὅτι οὐδὲ ἐλάχιστόν* (*οὐδέν*) *σοι μέρος μεταδίδωμι.* Similiter (lys. 474) feminarum chorus affirmat: *ἐπεὶ θέλω' γὼ σωφρόνως ὥσπερ κόρη καθῆσθαι, λυποῦσα μηδέν' ἐνθαδί, κινοῦσα μηδὲ κάρφος.* — Xanthias (vesp. 91) ad Bdelycleonem dicit: *ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην,* ad quae scholia haec praebent: *ἀντὶ τοῦ οὐδὲ βραχύ· πρὸς Λυκόφρονα δὲ ὅτι ἀδιορίστως ἀπέδωκεν ἐλάχιστόν τι.* Aptissime etiam Strepsiadis (nub. 118) verba huc referuntur: *ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί* (pro *οὐδέν*); pax 848 *οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον.* — Pax 121 Trygaeus ad liberos, qui ab eo ut manere sibi liceat petunt: *ἄχθομαι ὑμῖν ἡνίκ' ἂν ἔνδον ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ᾖ* scholia addunt: *μηδὲ ψακάς: τὸ σμικρότατον* — eccl. 285: *ὑπαποτρέχειν ἔχουσι μηδὲ πάτταλον* — lys. 107 Lysistrate exclamat: *ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ* — pax 1200: *οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου* — ibidem 1223: *οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς* (pro *οὐδενός*) vesp. 678: *οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἑψητοῖσι δίδωσι* — Eupolis frg. 354: *οὐ γὰρ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος* simili imagine etiam nos utimur in hac translatione: ich habe nicht einen happen mehr. — Vesp. 508 Bdelycleon filio affirmat: *ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα* (pro *οὐδέν*) *ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν* — pro *οὐδέν* Attici dicebant: *ὄνου σκιά* ut apud Aristophanem (vesp. 191): *περὶ ὄνου σκιᾶς* (*μαχούμεθα*); in Romanorum sermone: „de lana caprina rixari" (Hor. I, 18, 15 Alter rixatur de lana saepe

caprina) — nub. 319: *ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν* quod scholia interpretantur: *περὶ μηδενὸς καὶ κενῶν πραγμάτων.* — Transeamus ad alteram hujus paragraphi partem, in qua agitur de vocabulis, quae pro pronominis indefiniti neutro *τί* in vitae consuetudine sunt adhibita. Qua in re rursus animadvertendum est, anteponi ea vocabula, quibus aliquid quod visu tactuque, ut ita dicam, manifestum est significetur. Ut statim exemplum afferam, Xanthias in Aristophanis vespis (213) domino suo respondet: *κατεκοιμήθημεν ὅσον στίλην* ad quae verba scholiastes adnotat: *ὅτι σημαίνει τὸ ἐλάχιστον* quod est *τί.* In eadem Aristophanis fabula legimus (v. 92) *κ' ἄν ἄχνην δ' οὖν ἦν καταμύσῃ,* *ἄχνη* enim est, si scholia sequimur: *τὸ λεπτομερὲς τοῦ σταχύος.* — In vocabulo *τόμος* inest saepe eadem fere significatio quam in *τὶ,* ut eq. 1190: *πλακοῦντος τόμος* (pro *πλακοῦντός τι*) eq. 1170 *γαστρὸς τόμος;* Eubulus frg. 15, 7 *ἀλλᾶντος τόμος.* — Maxime autem ad quamlibet magnitudinem aut multitudinem in usu erat vocabulum *χρῆμα* velut apud Aristophanem (nub. 2): *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέραντον* legimus; schol. ad. h. l.: *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν: τὸ μέγεθος· ἔθος δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπαγωγῇ χρῆσθαι, οἷον, ἵππος σπανιόν τι χρῆμα·* aliter autem res se habere mihi videtur, si, ut in nubium v. 2 et multis aliis locis *χρῆμα* cum genetivo conjungitur. Itaque Kockio assentior qui (ad nub. 2) in vocabulo *χρῆμα,* si ad quamvis magnitudinem significandam cum genetivo alicujus substantivi conjungatur, aliquid miri inesse putat. Non absurde igitur in nubium versu secundo: *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέραντον* vertatur: „was für eine unendlich lange Nacht!" — av. 826 *λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως* quae verba aptissime in nostro sermone exprimimus: das ist ein schönes Ding von Stadt; — simili ratione Lysistrate (v. 83) exclamat: *ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα ἔχεις τῶν τιτθίων ἔχεις* et Theorus

(ach. 150) *ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται* — lys. 1085: *ὥστε φαίνεται ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα τοῦ νοσήματος* — alia hujus modi leguntur: vesp. 933 eccl. 394 ran. 1278 et 795 eq. 1219 eccl. 148, 1164. — Perspicitur etiam in hac re magnam inter Germanorum et Graecorum sermonem vulgarem intercedere similitudinem.

§ 11.

De ellipsibus, quibus sermo vulgaris uti solet.

Quam saepe vulgus ellipsibus atque vulgaribus quibusdam formulis utatur ex unius cujusque populi lingua multis exemplis demonstrari potest; neque tamen abs re fore mihi videtur afferre hoc loco ea quae in hoc loquendi genere graeci sermonis maxime propria sunt. Ac primum quidem ellipses, in quibus nomen omissum est, spectemus, deinde ad eas, ubi verbum deest, transgrediamur. Ante omnia autem animadvertendum est, nullas alias voces omitti nisi eas, quae per se facillime intellegi possunt ut verba: *εἶναι, γίγνεσθαι, ἰέναι, λέγειν.* Saepe fit, ut vocabulum, quod est *κύλιξ,* audiri poëta velit, ut apud Aristophanem in equitibus fabula 107: *ἕλκε, ἕλκε τὴν τοῦ πραμνίου (κύλικα);* qua in re memoratu dignum est, verbum *ἕλκειν* et ad nostram dicendi rationem et ad latinam (Hor. epod. 14, 4 pocula si arente fauce traxerim) aptissime quadrare. Simile quid in ejusdem fabulae versu (121) invenitur: *ἑτέραν ἔγχεον (κύλικα)* et in vespis (906): *φέρε νυν ἅμα τήνδε ἐγχεάμενος.* — Antiphanes fr. 4: *ὅλην μύσας ἔκπινε (κύλικα)* — neque rarius vocem *πόσιν* deesse complures loci ostendunt: ach. 985: *πῖνε, κατάκεισο· λαβὲ τήνδε φιλοτησίαν (πόσιν)* = Freundschaftstrunk; item *φιλοτησίας προπίνειν* (Gesundheit zu trinken) Phryn. B. A. 70. — Saepe omittuntur etiam haec vocabula: *μᾶζα, ἄρτος, πλακοῦς* id quod satis

multi confirmant: nub. 507, lys. 601 *μελιτοῦντα* (*μᾶζα*) non secus plut. 1121 *οἰνοῦντα* (*μᾶζα*) — ach. 1123 *κριβανίτης* (*ἄρτος*). — Cratin. frg. 128 *ταγηνίτης* (*πλακοῦς*) vesp. 614 *ἄλλην* (*μᾶζαν*) *μή μοι μάξῃ*. — Tandem voces: *δίκη, οἶκος, πληγαί* saepe per ellipsin, ut ita dicam, deesse ex his locis cognoscitur: eq. 50 *ἐκδικάσας μίαν* vesp. 595 — av. 1018: *ἐπίκειονται γὰρ ἐγγὺς αὑταί* (*πληγαί*) — nub. 972 *τυπτόμενος πολλάς*. Ut etiam e Romanorum sermone simile exemplum afferam (Petron. frg. 45) multitudo spectatorum Romae ad gladiatores, qui initium petendi facere cunctabantur „adhibete" exclamabat (id est „adhibete virgas").

In verbo „*εἰσιέναι*" idcirco quod jam „domum intrandi" significationem in se habet, saepe non additur, quo sit introeundum: ran. 981 thesm. 395 nub. 125: *εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων*. — Maxime autem sermo familiaris in pronominibus: *οὗτος* vel *ὅδε* res, ad quas haec sunt referenda, omittere solet. Neque difficile est intellectu, cur hoc fiat. Plerumque enim his demonstrantur eae res, quae in conspectu sunt vel quas ante oculos habemus. Exempla autem quae huc referenda sunt, copiose tractare longum est; qua re pauca ad rem illustrandam propono. Strepsiades (nub. 1145) Socrati saccum farina refertum donans nihil aliud dicit nisi: *ἀλλὰ τουτονὶ λαβέ*. — Neque aliter interpretanda sunt quae (thesm. 380) leguntur: *περίθου νυν τόνδε* (*στέφανον*) *πρίν λέγειν* et thesm. 1203: *ἐγὼ δὲ λύσω τόνδε;* — aves 1688: *ἐς καιρὸν ἄρα κατεκόπησαν οὑτοῖ* eq. 490, 493 — ran. 1504: *καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων* et ibidem 1507: *τόδε δ' Ἀρχενόμῳ*.

In sermonibus alternis saepissime fit, ut brevitatis causa verba: *γίγνεσθαι* et *εἶναι* omittantur: ach. 815 et vesp. 851 *ταῦτα δή* (sc. *γενέσθω*) vesp. 1008 *ταῦτά νυν* (*γενέσθω*) — eq. 111, pac. 275 *ταῦτα* per se — *Ἐστί*(*ν*) omissum est in nub. 816 *εὖ* (*ἐστι*) *ὅτι ἐπείσθης*, ubi nos quoque dicimus:

schön, dass du gehorchst et in eccl. (511) *τί σοι τοῦτο* (*ἐστι*) — av. 139—141 *καλῶς γέ μου τὸν υἱόν, ὦ Στιλβωνίδη, ... οὐκ ἔκυσας* quo loco ellipsis: *καλῶς γε* (sc. *ἔχει*) ironice posita est pro *οὐ δῆτα καλῶς* (sc. *ἔχει*) nos dicimus, si quidem verbis ironice utimur, das ist ja schön (für: gar nicht schön) von dir; sed longe aliud exprimitur his verbis, quae ap. Demosth. 9, 66 leguntur: *καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο*, ubi adv. *καλῶς* cum verbo „*φείδεσθαι*" est conjungendum et notionem hujus verbi intendit (apud nos: er hat die Olynthier schön [d. h. durchaus nicht] verschont); cfr. Kock. ad Ar. avium versum 139. — Verbum *λέγειν* semper fere est intellegendum in illo: *μή μοι* (*λέγε*). — Neque minus saepe fit, ut in certis locutionibus, quae in vita quotidiana sunt creberrima, desit verbum *ἰέναι*: Nub. 871, plut. 394, ran. 607: *οὐκ ἐς κόρακας* (sc. *εἶ* vel *ἐρρήσεις* ran. 1279: *ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι* (sc. *ἰέναι*); eadem ellipsi nos quoque utimur: ich will ins Badezimmer. Similia inveniuntur in latino sermone: Cic. ad fam. 17, 17: ego hinc perendie mane cogito (sc. abire). — Restant jam duo loci, ex quibus haud dubie elucet, multa saepe omissa esse in Atticorum sermone vulgari: vesp. 1216: *κατὰ χειρὸς ὕδωρ* (sc. *χέον*) Eupolis frg. 301 (schol.: *ἔθος δὲ οὕτως εἰπεῖν*) et Eupolis fr. 303, 5: *ἀμίδα, παῖ* (sc. *φέρε*).

VITA.

Otto Robertus Lottich natus sum Crotosinii die XVII m. Junii a. h. s. LII patre Reinhardo, quem ante hos viginti annos morte mihi ereptum valde lugeo, matre Carlotta e gente Krug, qua adhuc vivente gaudeo. Fidem confiteor evangelicam. Gymnasium patriae urbis frequentavi quod tunc Augusto Gladisch rectore florebat. Testimonium maturitatis adeptus m. Aprili a. s. h. LXXIII universitatem Viadrinam adii scholasque per quattuor semestria audivi docentium: Dilthey, Förster, Hertz, Neumann, Pfeiffer, Reifferscheid, Rossbach, Rueckert. Vere a. h. s. LXXV Halas Saxonum me contuli studiaque continuavi magistros secutus v. ill. Dittenberger, Dümmler, Erdmann, Haym, Heydemann, Keil, Kramer. Deinde ab a. s. h. LXXVII. Berolini et literarum studiosus et praeceptoris munere functus examine pro fac. doc. Halis Saxonum superato Hamburgium transmigravi, ubi in gymnasio S. Johannis, quod Richardo Hoche rectore floret, magistri ordinarii munus mihi delatum est.

COLUMBIA UNIVERSITY
0032142820

04295951

88A.R5
EL
LOTTICH